UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Lycænæ. 179.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

reſtim minimè nectatis. Veſtra enim felicitas, infelicitas ipſi erit.

ἡ γὰρ ὑμετέρα εὐπραγία, ἔστω αὐτῷ δυσπραγία.

Euſebio Epiſcopo. 177.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ. ροζ.

Nunc malo ſtatu Peluſiotarum res ſunt, cùm publicorum quoque negotiorum adminiſtratio, eodem, quo eccleſiaſtica morbo laborat. Nam & mirificus vir Cyrenius præſidis dignitate cinctus ad nos deuolauit, & celebris vir Euſebius paſtoris munus ſuſcepit, & Maro diſpenſatoris officio fungitur, & Panſophius Archidiaconatũ gerit: ille nimirum iudicia vendens, iſte autem vocationes pretio addictas habens, hi autem adminiſtram ipſi operam nauantes, & ſtudentes. *Matt. 11.* Ac beatus qui non fuerit ſcandalizatus in vobis. Deſinite itaque, ô ſocordes ac negligẽtes: ne profanum quoque iudicem culpa liberetis, in vos intuentem, ac nullis lucris parcentem.

Νῦν πονηρῶς πράττει τὰ Πηλουσιωτῶν, ὅτε καὶ τῶν πολιτικῶν ἡ διοίκησις ὁμοίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόσον περιεβάλετο. καὶ γὰρ καὶ ὁ θαυμαστὸς Κυρήνιος κατέπτη τὴν ἀρχὴν ἐνημμένος. καὶ ὁ περιβόητος Εὐσέβιος, τὴν ποιμαντικὴν ἐμπεπίστευται. καὶ Μάρων οἰκονομεῖ, καὶ Πανσόφιος ἀρχιδιακονεῖ· ὁ μὲν, τὰς κρίσεις ἀπεμπωλῶν, ὁ δὲ τὰς χρήσεις διαπωλῶν. οἱ δὲ ὑπουργοὶ ὄντες καὶ σπουδασταί. καὶ μακάριος ἐστὶν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ὑμῖν. φείσασθε οὖν ἀπρόσοχοι, μὴ καὶ τὸν ἔξω δικαστὴν ἀπολύητε τῆς αἰτίας εἰς ὑμᾶς ἀφορῶντα, καὶ τῶν κερδῶν ἀφειδοῦντα.

Rufino. 178.

Ῥουφίνῳ. ροη.

Aut Peluſiotarum ſcelera, aut grauiſſima Romanorum negotia, quæ tu placidè gubernas, hoc effecerunt, vt te, liberaliſſimum benefactorem, fugerit, quonam pacto Cyrenius præſidis dignitatem arripuerit, atque hîc rurſum atrocem in modum res adminiſtret. *Cyrenij iniquitas.* Nam venditiones graues ſunt, paupertates magnæ, iniuriæ crebræ: nec eccleſia opem huic malo ferre poteſt. Ius abſceſſit: lex ignoratur: terror iis, qui non pra bent, iniicitur: longinquitatem, earum rerum, quas perpetrat, ſubſidium habet. Quocirca aut eum potentia exturba: aut illud ſcito, ſi vrbem eam, cui tu ſæpe ſaluti fuiſti, perire ſinas, te vnà cum eo, coram Deo iudicium ſubiturum.

Ἢ τὰ Πηλουσιωτῶν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ Ῥωμαίων μέγιστα πράγματα, ἃ διέπεις εὐμενῶς, λαθεῖν σε τὸν πανάρκη εὐεργέτην ἐποίησεν, ὅπως Κυρήνιος τῆς ἀρχῆς ἐπελάβετο. καὶ πράττει τὰ ἐνταῦθα πάλιν χαλεπῶς. αἱ γὰρ πράσεις σφοδραὶ, αἱ πτωχεῖαι πολλαὶ, αἱ ἀδικίαι συχναὶ, ἡ ἐκκλησία οὐχ οἵα βοηθεῖν. ἀπέβη τὸ δίκαιον, ὁ νόμος ἠγνόηται· ὁ φόβος τοῖς μὴ παρέχουσι, τὸ μῆκος ὅπλον ἔχει ὧν δρᾷ. ἢ παῦσον αὐτὸν τῆς δυνάμεως, ἢ ἴσθι συναπολαύσων αὐτῷ, ἐπὶ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κρίματος.

Lycænæ. 179.

Λυκαίνῃ. ροθ.

Si in viduitate perſtas, ne iuuenilem in modum te geras. Quòd ſi & ornatè atque eleganter induta es, & luctus nomen obtines, hæc duæ res parum inter ſe conſonãt. Aut igitur alterum relinque: aut pudorem ac verecundiam contumelia ne affice.

Εἰ τῇ χηρείᾳ ἐγκαρτερεῖς, μὴ πρᾶττε νεώτερα. εἰ δὲ καὶ κόσμον περίκεισαι, καὶ πένθους ὄνομα κέκτησαι, οὐ συμβαίνει τὰ πράγματα. ἢ θάτερον οὖν ἀπόλιπε, ἢ τὴν αἰδῶ μὴ καθύβριζε.

Θεο-